




**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

V. An reprobatio rationalis creaturæ efficax, & eius demeritis anterior
natura, ex fine ipsam puniendi reprobationis à gratia efficace causa esse
possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

Dei decentiæ ingeniosissime conveniat cum reliquo capitis contextu discordat, vt ex dictis proxime facile apparet memoranda tamen cum honore fuit, ne tanti patris pietas, & ingenium illaudata maneret.



QVÆSTIO IV.

*An reprobatio rationalis creature effica-
x, & eius demeritis anterior natu-
ra, ex sine ipsam punientis reprobationis à gratia efficace causa esse possit.*

Refixio quæstionis titulo dubium ad eos terminos redege, vt illud de anterioris efficacis voluntatis ad reprobi demerita titulo solum dominij supremi Dei erga omnes rationales creaturas concipiendæ possibilitate à nobis in præsentiarum proponi arbitrari nemo possit, eam siquidem ante præuisa, siue nullatenus præuisa perituri de merito: possibilem Deo absolute esse ostendimus q. 4. cent. 1. sed solum de possibilitate anterioris voluntatis efficacis, & intentionis puniendi reprobam ob eius absolute demerita posteriori naturæ gradu absolute futura à Deo concipiendæ, & ex qua ad reprobationem à gratia efficace, (de qua in præsentia) Deus progreditur: de qua subtiliter à nostris recentioribus disputatur. Videri tamen non nihil quæstionis esse posse an ex ea voluntate excludendi hominem à gloria sine vllis eius demeritis absolute præuisa à Deo vt posse diximus, absolute concepta, ad deneganda illi efficacis auxilia ac subinde ad illius à gratia efficace reprobationem meriti, impellere Deus possit ac subinde & anterior reprobi de meritis & ipsius à gratia efficace reprobationi voluntas illa efficax esse queat? quam quæstionem à nonnullis hic tactam proterius potius video, quam digno Theologico examine disputari, vt constabit certamine postremo.

CERTAMEN I.

Aliorum super quæstione proposita sententia, & negatiua nostra & communis decisio.

Possibilem eam efficacem intentionem punitivam voluntatem exclusionis reprobi à gloria eius absolute demeritis, & reprobationi eiusdem ab efficaci gratia anteriorem, reprobationisque huius causam absolute esse posse affirmant, ex iis qui de facto causam esse Deo aiunt, Doctores plerique. Ex nostris vero, qui id de facto cordatius ex Patrum, & communiori longe scholasticorum, vt vidimus, sententia negant intentionem punitivam efficacem voluntatem reprobi de meritis, & reprobationi ab efficaci gratia procedere affirmant tamen de possibili Ruiz de Montoia cita. d. 16. sect. 6. n. 29. §. secundum conclusionem Granados. Arriaga d. 39. sect. 2. subsect. 1. §. 1. circa med. lineam. Dico secundo, & §. hinc infero vterque vero supponit ad eam voluntatem scientiam mediam eius directricem, ex qua regulatur supponi debere, nec nisi ita regulatam esse possibilem. Si enim sola simplici intelligentia directus eam efficacem voluntatem intentionem puniendi reprobam antequam ad absolute eius demerita præuisa Deus conciperet frustrationis periculo. contra efficaciam suæ prædicatum, & essentiam naturæ etiam suæ exposita esset vel operum, ac demeritorum posterius natura futurorum libertatem, ac subinde demeritum euertere.

rent. Quid autem pro necessaria scientiæ mediæ præsuppositione, & regulatione ad possibilitatem intentionis efficacis puniendi reprobam antequam ad eius absolute demerita, & reprobationem concipiendæ hæc probentur dictis in simili de intentione, seu electione efficace prædestinati ad gloriam ante eius merita absolute satis constat. Probant enim parum. Etsi enim scientia mediæ de demeritis eam efficacem voluntatem exclusionis reprobi à gloria non dirigat, neque ad illam supponatur, sed concernatur solum pro posteriori ad simplicem intelligentiam de continentia aliquorum auxiliorum efficaciam respectu reprobi in cumulo contentorum, ac Dei potentia, & ex qua efficacis omnia illi denegare possit antecedente illa voluntate excludendi reprobam à gloria Deus tenebitur, efficacis hæc voluntas satis à frustrationis periculo liberaretur, quin iuxta horum doctrinam operis libertas, & eius defectu magis lædatur quam si ea voluntas per scientiam mediam præsuppositam dirigatur: siquidem non se ipsa, & mediis indifferentibus de se, atque extrinsecus efficacibus natura sua coniungeretur in cala veroproprie nisi mediis illis ex scientia mediæ adhibitis efficacis intentionem obtineret, quod ad operum reprobi libertatem saluandam in horum Doctorem scientiæ satis esset: vt de electione efficace ad gloriam ante absolute prædestinati merita philosophabantur: sed de hoc, & an aliunde ratio demeritis, ex voluntate illa efficace & antecedenti ipsa deficeret agemus certam postremo.

2. Dicendum nobis est voluntatem efficacem intentionem puniendi, & excludendi reprobam à gloria in poenam antequam ad eius absolute demerita, & reprobationem ab efficaci gratia à Deo haberi non posse, quare neque ex parte Dei causam esse reprobationis de qua disputamus, est omnium à nobis citatorum q. 4. cent. 3. n. 1. & 2. pro conclusione 1. in q. de facto; & quoniam Patres pro illa recitati pro hac de possibili expellit, & in terminis non sint, rationes tamen quas pro illa reddunt, hanc etiam probant, vt videre est duobus totis numeris vbi eos recitauimus: eam quippe consistenter reddunt, vt eiusmodi antecedentem reprobi demerita efficacem intentionem punitivam voluntatem de facto negas, quia in ea punitiva ante absolute demerita reprobi voluntate efficaci iniuste se erga illum gereret de facto Deus innocentem adhuc efficaciter, & absolute punire volens, & condemnans: atqui in omni providentia possibili id ipsum reperiretur: ergo in omni possibili providentia et voluntas non minus Deo repugnat, quam ipsi repugnat iniusta voluntas. Et repetenda hic sunt Prosperi verba recitata ex respons. 1. 1. ad obiect. vincenianas illa in primis postrema. *Atque ita ad prædestinationem eius Dei licet erga homines siue ad gloriam, siue ad æternam poenam (nihil aliud referri potest, nisi quod aut ad debitam iustitiam retributionem, aut ad indebitam poenam grati largiamur.* Si autem possibilis sit voluntas illa efficax intentionem punitivam nondum absolute meritis poenam possit referri aliquid ad prædestinationem Dei erga homines reprobati, quod nec ad grati largitatem indebitam pertineret, neque ad debitam retributionem paralem, cum nondum male merito, nec debent; puniti poena efficaciter tam priuatiua, quam poenalis à Deo decerneretur, indeque prædestinatio reprobati ipsius tota inchoaretur contra Prosperum, qui cis rebus nil referri potest non executivam voluntatem retribuenti poenam infanti, nec debenti, à prædestinatione erga reprobos omnino excludit. Illa etiam eiusdem Prosperi respons. 2. ad captiuæ Gallor. Memoranda sunt. *Quid multi perirent percutiuntur est culpa; quod multi saluantur saluantur est donum vt enim reus damnatur inculpabilis est iustitia Dei; quæ tamen in voluntate damnandi non reum culpabilis esset, implicite inquit Prosper. Hanc vero intentionem didicit ex Preceptore suo Augustino recipere n. 2. citato vbi punitiue reprobationi à gloria, & damnationi reproborum demeritorum absolutam prædestinationem reproborum necessarium, quia iustus iudex Deus est, cum necessario præcessuram, quia iustus iudex Deus est, cum necessario misericors voluntas præparans, & prædestinans salutem uandus, semper eorum absolute merita antecedit vt ait testimoio 1. cui in ea differentia, & doctrina colouibus concilium Valentinianum nomine electionis ad vitam de electionis ad mortem, vt vidimus ibi, & ostendimus vtriusque agere de omni electione, & prædestinatione ad mortem, & vitam*

de omni electione, & prædestinatione ad vitam: ac proinde dum punitivum voluntatem efficacem, quæ solum post absolute præiusta demerita sit admittunt, ne à iustitia, rectoque iudicis munere Deus deficiat omnem anteriorem absolutis reprobis demeritis intentiue punitivam reprobis efficacem voluntatem Deo fateatur impossibilem.

3. Eidem conclusioni, & rationi, pressius, & expressius adhuc insinuat Augustinus epist. 106. ante med. scribens. *Quemquam immeritum, & nulli peccato obnoxium si Deus damnare creditur* (non dixit punire, ut non solum executivam supplicij voluntatem intelligas, sed omnem, quæ punitiva, & pœna infligenda sit) *aliquis ab iniquitate non reditur.* Huius vero adeo constanti apud Patres rationis ab absurdo energia, & robur ex prima nostra probatione à ratione constabit, effugiis cunctis adversarij obstruuntur, à ratione etiam præclusi. Nunc audiat conclusio nostra in terminis, ut aiunt, ipsi ab August. recit. n. 2. cit. ex lib. Hipognostic. quos, reprobos, id est, omnes, quia, quid essent facturi præiustis; non tamen ipse fecit, vel prædestinavit puniendos; prædestinasset autem procul dubio puniendos, si anterior natura ad eorum absolutam demerita, particula præ significatum (nam præ durationis certe prædestinavit puniendos) voluntate efficacie exclusio à gloria, atque æternis cruciatibus in panam destinasset: quod cum de facto non aliunde quam ex dissensionis in ea Dei prædestinatione de facto illam denegat Deo, ipsi etiam denegat de possibili, cum nec vnde possit ea anterior voluntas dissensionem exire quod vidit didicisse ex Augustino Beda testimonio ibidem à nobis recitato ex quaestione illa 13. post med. ubi licet de facto etiam videatur sonorem locutus, ait de possibili etiam loquebatur dicens. *Non est in dissensione Dei id est indecens Deum dispositio est, & impossibilis, quo modo peccator peccet, sed cum sciat eum peccaturum mortem ei præordinavit, id est prædestinavit: tunc enim, non prius, illam ei prædestinare decens, possibileque Deo subinde est: in hoc tamen testimonio Beda aliud claudunt argumentum verbis postremis satis designatum: ut enim probet non esse dispositionis dubium quomodo peccator peccet, subdit rationem verbis postremis, quia ante peccatum eius absolutam præscientiam non præordinavit, seu, quod idem est, non prædestinavit mortem æternam ipsius per gloriæ exclusionem, & æternos cruciatibus: denotans dispositionem quomodo peccator peccet, sue prædestinationem ad peccandum Deo etiam esse tribuendam; ac proinde præordinationem, seu prædestinationem reprobis ad mortem anteriorem ad demerita eius absolute futura, æque Deo repugnare, atque præordinatio, seu prædestinatio eius ad peccandum: cui prædestinatio ad mortem connectitur Deo repugnat: quod ipsum argumentum continetur, etiam non adeo explicitè continent verba proximè recitata Augustini: immo, & reliqua, tam eius, quam Proferri, & Fulgentij hæc tamen recitata, in quibus omnibus fere legitur Deum nec præ parasse, nec prædestinasse malam reprobis vitam, sed tale absolute præiusta illos mortis æternæ destinasse, & condemnasse: quia utique si id anteriori ad absolute eorum peccata egisset ad peccandum ipsos prædestinasset. Atque hæc quidem dux constanter apud Patres rationes statuendæ ex nostro Theologico Scholastico munere in primis erunt: eius enim est quam Deo pleni viri, non solum conclusionibus, sed & rationibus suis lucem monstrant, omni nostro studio, & lucubratione sequamur, ut maiori discursus naturalis luce, vel explicatione donec ne radoribus, minusve laboriosis lateat, ac subobscuriore loco relicta, non satis percipiatur.*

4. Ita ergo primam Patrum rationem edissero. Anterior illa de meritis absolutis reprobis efficax ipsi puniendi exclusio à gloria, & æterni cruciatibus non solum est iniusta negativè, siue non ex iustitia, ut adversarij etiam faciunt, sed est etiam contra iustitiam, & iniusta positivè, quod adversarij mordicus negant, ex quoque, siue alio illa habeatur: ergo est Deo repugnans, & impossibile, consequentia, ne ab adversariis quidem ipsis negatur, nec à sano Theologo negari potest, Antecedens est recitatorum omnium Patrum: immo, & locorum scripturæ quos & hic, & q. 3. pro conclusione de facto

dedimus: est item innumerorum Patrum, & Theologorum, qui voluntatem seu volitionem liberarum Dei omnium: quare, & possibilem ad prædestinationem, & reprobationem spectantium diuisionem adæquatam tradentes in duo hæc membra diuiserunt: scilicet, in antecedentem, seu quæ ex Deo solo, nullo arbitrij nostri vsu spectato habetur, & sequentem quæ arbitrij nostri vsu absolutum necessario spectat: atque omnem Del punitivam voluntatem ad secundum hoc membrum voluntatis sequentis spectare consonè, & constanter docent: quare quæ antecedens sit anterior absolutis demeritis efficax puniendi voluntas seu volitio libera Dei, ut Deo indigna, & iniusta ac impossibilis ea distinctione à Deo relegatur: sed quoniam res iam à ratione agitur, probatur à ratione antecedens, omnis, non solum effectus, sed affectus etiam, efficax præiustis puniendi cum, qui noxius non Deum absolute, & in actu secundo est, est contra ius, quod quisque, quandiu, & pro statu, quo innocens, siue nondum nocens est, ut non puniatur, ac proinde est positivè etiam iniustus: atque pro statu prioris nature ad absolute reprobis merita innocens, & innocens, seu nondum nocens, & noxius est: ergo non solum effectus, sed affectus etiam efficax punitivus ipsius pro illo priori solum præiustis, & inspecti contra ipsius ius est, ac subinde positivè etiam iniustus: cum autem affectus, seu voluntas illa efficax punitiva reprobis, pro illo priori, quo nondum absolute nocens, noxiusque præiustis est à Deo habeatur, positivè etiam, & contra ius illius habita erit, distinguunt adversarij maiorem: omnis affectus, efficax executivus, concedunt maiorem: quia fertur in punitorem nondum noxij, & meritis, tanquam in obiectum directum, quod quidem contra ipsius ius pro eo statu, ac subinde positivè etiam iniustus affectus est: omnis affectus intentivus puniendi anterior absolutis demeritis, & efficax negant maiorem quia eiusmodi affectus intentivus quasi reflexus actus iustitiæ est, qui est ex parte actus subiectivæ iustitiæ non sit, quia in reum pro tunc, & pro illo priori non est, obiectivè tamen, siue ex parte obiecti iustitiæ est, quia non vult reprobis punitorem pro illo priori, pro quo innocens est, sed pro posteriori, pro quo noxius, & peccator absolute erit, ac iuste pro debito executivè damnabitur, ac punietur. Hac solutione in tuto se adversarij positos censent, quia nondum ab ea fuerunt exclusi: æstimo autem illos exclusos hæcenus ab ea solutione non fuisse non tam eius securitate, seu inexpugnabilitate firmitateque, quam impugnantium inertia.

5. Contra: quia efficax, intentiva etiam, voluntas puniendi quæpiam pro statu quo nondum absolute reus, ac delinquens absolute est, & talis præiustis, sed talis esse solummodo potest illicita, & iniusta positivè est iudiciariæ potestati creatæ: ergo etiam diuine. Negat consequentiam: quia ea potestas coniuncta in Deo est potestati supremi domini in omnem, quem ipse velit, vsu rationalis creaturæ, secus iudiciaria potestas iudicis creati: contra tamen: quia efficax illa intentiva voluntas puniendi reprobis realiter formaliter à iudiciaria Dei potestate, siue à Deo qua supremus iudex rationalis creaturæ est adæquatè procedit, quin à iure supremi domini in eadem creaturas, qua punitiva voluntas est adhuc inadæquatè possit realiter formaliter provenire: quia qua ab eo iure domini provenit, nullam adhuc inadæquatam, rationem punitivæ voluntatis habere potest: sed prorsus materialiter se in Deo ad voluntatem illam qua punitivam concipiendam habet: sicut immensitas omnipotentia, & reliqua, quæ Deo, eiusque iudiciariæ potestati realiter identificantur: atqui qua à iudiciaria potestate voluntas intentivæ etiam punitiva ante absolute futura, & præiusta reprobis demerita illicita, & positivè iniusta voluntas est per te, ut in iudice creato fatearis: ergo & in Deo illicita, & iniusta positivè est. Dices secundo: iudiciariæ potestati creatæ non licere voluntatem efficacem absolutam executivam intentivam puniendi reprobis anteriorem tempore ad absolutam existentiam delictorum, tamen futuritionis eorum præscientiam absolutam habere, & tamen executivam etiam voluntas puniendi reprobis licite: immo & ex iustitia haberi à Deo potest anteriorem duratione, nec sola temporaria, sed ex æternitate, immo nequit aliter à Deo haberi:

MM 3 ergo

ergo quoad posterioritatem delicti necessariam, ad licitum voluntatis puniendi non tenet paritas à iudiciaria potestate creata ad diuinam contra tamen quia ideo ad eam voluntatem executiuam etiam puniendi posteriori duratione absoluta delicti positio expectanda à Deo non est, vt non solum licitè, sed ex honestate, & iustitia à Deo habeatur: quia, vt ais haberi à Deo in tempore, ac non ex æternitate minimè potest, cum nihil diuinum possit incipere: ac proinde, ni ex æternitate haberi à Deo ea voluntas, & iudicium possit, haberi à Deo nusquam posset: quare, & ipsi iudiciaria in rationales creaturas potestas periret, & voluntatis punitiue possibilitas, quam alleris. Tum etiam quia Deo, eiusque præscientiæ pro sua licet determinata duratione præsens absolute delictum absolute est, æquè ac, cum absolute in sua duratione est: de quo scilicet eo tempore, vt obiecto licet non cum eo tempore, vt diuini iudicii mensura à Deo iudicatur, eaque voluntas puniendi concipitur, vt ostendimus t. 1. de Deo vno contr. 1. de Dei immutabilitate agentes, & controu. 2. de futurorum præsentia in æternitate, quorum memoriam retinimus, tom. hoc 2. controu. 1. ordine earum quæ de Deo vno sunt: quarto hæc autem in creato iudice eiusque potestate iudiciaria nec sunt neque esse possunt: cum & iudicium ferre, & puniendi voluntatem habere in tempore possit, atque non possit delictum absolute præsens habere, & coexistens pro sua adhuc duratione, temporis anteriori, in quo efficax voluntas puniendi à præscio etiam eius iudice creato haberetur.

6. Inde vero id solum verum habet quod instantia supponit Catholice Deum, scilicet, expectare non debere temporariam durationem, qua absolute delictum sit, & absolute existens per ipsum constitutus peccator, vt voluntatem etiam executiuam pænæ efficacem concipiat: non autem inde inferitur, quod pro aduersariis deducamus: scilicet voluntatem efficacem punitiuam antea etiam natura ad absolutam temporariam peccati existentiam, & præscientiam æternam ipsius haberi licitè à Deo posse: est enim consequentia à necessario, & ab eo, quod possibileprehenditur: quia non potest non esse, ad explorato non necessariam, & de quo disputatur, possibile ne contingenter adhuc, sit? siue vt clarius, & in materia ipsa illationis eius vicium demonstrum; argumentum est: in Deo ad voluntatem efficacem etiam executiuam puniendi non expectatur posterioritas temporis absolute existentie delicti, quæ à iudiciaria potestate creata expectanda est, vt licite concipiat: quia expectari à Deo non potest: ergo neque expectanda erit à Deo posterioritas nature delicti, vt licitè voluntas efficax puniendi illud à Deo antea natura concipiat: cum tamen expectari à Deo ea posterioritas nature ad eam concipiendam absolute possit: si enim non possit absolute à Deo expectari contra subtiliores aduersarios Ruiz de Montoya, & Arriagam, & contra dogmaticam veritatem, ad quam reliquos alijsumus, ea efficax voluntas puniendi reprobos omnes antea natura ad eorum absolute demerita, ac præscientiam de facto erit in Deo, equod autem argumentum displiceat, cui hoc non displiceat? immò vnde illud desumitur instari fortis aduersarij possunt: etsi à iudice creato præsciantur certo delicta alicuius absolute futura, illicita tamen ipsi voluntas anterior, duratione, & efficax puniendi ipsum, etiam intentiuam, quia expectari ab ipso potestas absoluta existentia eorum delictorum posterius duratione futura: atqui expectari à Deo potest: absolute existentia delictorum reprobi posterius natura futura: ergo si antea natura ad delicta reprobi habeatur à Deo illicita, & positiuè iniusta erit, denique conclusionis, & rationum omnium probatio, & confirmatio est: quia quoties ad licitum actionis, siue volitionis, vt licita, ac non turpis, & inhonesta sit aliqua conditio ex parte subiecti volentis & operantis, vel obiecti circa quod versantur, ac tendunt, requiritur, nequit actio, vel volitio licita esse, quovisque purificata, & absolute posita sit conditio: atqui ad licitum actionis, & volitionis punitiue, efficacis præferim, siue vt licitè, ac non inhonestè exercentur, requiruntur absolute positio, & existentia delicti puniendi, quæ pro natura priori ad absolutum reprobi peccatum non est, sed solum & primo pro posteriori signo præuatica-

tionis absolute reprobi est: ergo nec punitio, nec efficax volitio punitiua antea natura ad absolutum peccatum positionem, & præfessionem contra reprobum à Deo concepta licita esset, sed omnino illicita, & iniusta positio, ac subinde impossibilis. Maior dogma Catholicum, & principium proinde morale est: ex quo solo, qui admodum matrimonium contraxit cum femina, ambobus tamen illud, & sollicitat; nequit non turpiter, non solum coitus, sed incoitus cum illa voluntate efficaci: immò incoitus, vel complacentiæ solius, absolute ferri: quia conditio matrimonij necessaria ad licitum earum actionis, & voluntatum, siue vt illa libidinis turpitudinem cæcæ, nondum absolute posita ex parte subiecti, & obiecti ac purificata est: secundo inde etiam tamen Deus gratia peccatorem licitè, & honestissime odio inimicitie prosequatur, si tamen pro priori natura ad gratiam eius peccati positionem odio inimicitie prosequeretur illicitum plant, & positiuè iniquum eiusmodi odium foret. Nec de hoc plura, nisi otiose.

7. Secundo probatur conclusio ratione alla testimonijis recitatis Patrum constanter, atque unanimiter contenta: si Deus voluntatem efficacem, intentiuam ad eam, puniendi reprobam priuatiue, vel positiuè etiam antea natura ad ipsius absolute demerita haberet, atque ex ea intentione auxilia efficacis ipsi denegare vellet, vt opus est, vt positiuè illa reprobatio efficax à gloria reprobationis ab efficace gratia causa sit: eius planè demerita ex se ipso Deus in sua erga illum prouidentia disponderet, ac præpararet ipsius peccatum, atque æternæ proinde ipsius saluti infiduciam, quod est absurdum, ac Deo impossibile. Assumpsum probatur, ex eo enim Deus merita prædestinati ex se ipso dispondere, atque benefica erga eum, & misericordiam prouidentiam præparat, ac de se se eius salutem sollicitat, ac negotiatur: quia ex huius intentione (atque vt aduersarij volunt efficacis) efficaciam ad meritum, & iustitiam eius finalem eligit, præparat, ac prædestinatione sua disponit, atque eadem eius salutem æternam sollicitat, & negotiatur: atque ex intentione efficacis perditionis auxilium reprobis denegat, inefficace salutis sufficiens auxilium reprobis denegat, tamen negatione omnium efficacium, quæ ipsi eligit, ac reprobatuè prouidet, prouidet quidem de auxiliis efficacibus ad demeritum, & iniustitiam finalem cum morte, & perditione ipsius æternam salubriter coniungendam: idque ex scientia condamnata coniunctionis infallibilis cum illis: ergo eorum demerita, & iniustitiam finalem præparat ex se se, atque disponit sua prouidentia Deus, atque proinde reprobi salutis infiduciam. Confirmatur: quia non aliunde contra Hæreticos calumnias hæc in Deum Theologi omnes ab ipso propulsi: immò neque propulsare aliunde possunt, vt vidimus à proxima, quam negando, auxilij sufficientis electionem, & denegatiuum efficacium ex intentione perditionis reprobi prouenire attingunt, vt dicebamus, neminem tertio, argumentum Patres, at omnium expressus Sanctus Augustinus, verbis illis ideo punit, quia quid esset facturi, reprobi, præscit: non tamen ipsa scit puniendos, vel prædestinatos. Quod ipsum est præparauit, vel disposuit, vt Beata ibidem recitatus aiebat: atque si ex intentione efficaci, electionis à gloria, & perditionis æternæ antea natura ad absolutam existentiam denegatiui ipsorum futuri efficacium auxiliorum negationem elegisset debio procul puniendos prædestinasset, præparasset, ac de se se disposuisset, vt intentu prius efficaciter punio succederet.

CERTAMEN II.

*Argumentum tertium Sancti Augustini
illustratur cum aliis pro eadem
conclusionem reliquis.*

I. DOCtores sententiæ nostræ plures Deum amato-
rem peccati fore ac deducti ex opinione aduersa
inerebant, quia amari medium remotius ex intentione
finis, atque, ut uile ad illud non posse, quin inter media,
& fini proximiora, quibus mediatis uilia ad finem
sunt, & sine quibus cōducunt ad ipsum remotiora illa esse
nequeunt amantur: cum autem à gratia efficace reproba-
tio seu peccati permissio remotius medium ad reprobi in-
tentam exclusionem à gloria, & perditionem sit, peccatum
vero proximus, & quo medio, uilis ad perditionem re-
probi reprobatio, seu permissio peccati est, & sine quo
conducens ad illam esse non potest, uideatur peccatum
necessario amandum à Deo fore, si ex intentione efficace
perditionis reprobi ea reprobatio, & peccati permissio à
Deo habeatur: fateor argumentum hoc aduersariis esse
inrefragabile, qui principio illi, tanquam certo assentiun-
tur, atque inde negant peccati permissionem effectum
prædestinationis esse posse: cæterum, cum nos supra prin-
cipium illud necessarij amoris mediij proximi ad finem ut
ex huius intentione remotius medium ametur saluum
esse ostenderimus, eo argumento abstinemus, atque inde
amorem peccati in Deo argui absolute non posse puta-
mus: illud autem absurdum aliunde ab Augustino præ-
fate, ac subtiliter deductum censemus uerbis postremis pro-
ximè recitatis. *Non tamen ipse fecit puniendos, uel præ-
destinatos: ita illud infirmo. Nequit amari efficaciter,
seu prædestinari, ut sit constitutum essentialiter ex aliqua
forma, quod ante per illam constitutum non supponitur,
quin forma ipsa eo amore, & prædestinatione ametur
efficaciter, & prædestinetur: atqui reprobi puniendi, qua
tales seu digni qui puniantur, peccato tanquam forma,
qua realiter formaliter tales sunt essentialiter consti-
tuuntur: ergo nequeunt prædestinari efficaciterque amari
puniendi, siue, ut sint digni qui puniantur necdum præ-
supposito peccato, quin ametur efficaciter prædestinetur-
que à Deo ipsorum peccatum. Antecedens ex terminis
claret, nullèque, & omnibus exemplis, in quavis materia
possibilibus facile ab unoquoque ostenditur; atqui si re-
probum antè ad absolutam peccati positionem, &
præscientiam, uelit efficaciter punire, efficaciter etiam
amat ac prædestinat puniendos, seu, ut digni sint qui
puniantur: ut August. subtiliter eo loco inferebat: ergo ex
efficaci illa uoluntate antè natura ad absolutam exis-
tentiam, & præscientiam peccati reprobi inferitur Deus
peccati reprobi prædestinator, & amator.*

2. Dices illud *puniendos* passiuè dupliciter accipi posse.
Primo passiuè physice, quo pacto à prædestinatione, &
amore puniendorum antè natura ad ipsorum pecca-
tum, siue, ut digni sint qui puniantur, qui necdum tales
absolute erant, nec præuidebantur, ad amorem & præ-
destinationem peccati argumentum conuincere. Secundo
passiuè grammaticaliter, ut ea participialis passiuæ uox res-
pondetur participio activo *puniturus*, quo pacto argumen-
tum non probat dignitatem punitionis, & penæ, scilicet
peccatum, quod nondum est, prædestinari amarique effi-
caciter, sed solam punitionem, qua ipsum actiue Deus
puniturus est, & ipse reprobis passiuè grammaticaliter
est puniendus contra primo: quia Augustinus apertè pu-
niendos physice passiuè uisurpauit. Neque enim dixit *non
prædestinasti* solum, sed *non fecisti, nec prædestinasti*, ut
physicam eius effectiōem, nec solam grammaticalem
actionem, & prædestinationem punitionis futuræ, qua
puniendi passiuè grammaticaliter denominarentur deno-
taret, & ex contextu confirmatur, quo Deum non, nisi
post præscitum, & præuissum absolute positum à reprobo
peccatum ipsum punire, uellèque punire ait, ut à Deo om-

nem actionem physicam, ac prædestinationem peccati,
quod puniturus est, & ob quod uult reprobis purè auer-
tat: ita uero accepta uoce *puniendos*, argumentum à præ-
destinatione hac ad amorem peccati absoluti, quo pu-
niendus reprobis constituitur, conuincit ut fateris: con-
tra secundo, quia, etsi uox *puniendos* passiuè grammati-
caliter, non autem physice accipi ab Augustino dicatur:
prædestinari ea acceptione puniendos à Deo non posse
Augustinus ipse fateretur contra aduersarios, & ratio con-
tra ipsos inibi contenta, atque à nobis explicata de ne-
cessitate prædestinationis, & amoris peccati in Deo ad-
mittendorum si ante præscientiam, & existentiam ab-
solutam peccati eius punitio à Deo prædestinetur, &
efficaciter ametur eodem impetu, & ex eodem naturali
principio instauratur, & recurrit: etsi malum siue posi-
tium, siue priuatum reprobo instigendum secundum
se, & intrinsecum sui malum sit, quin peccato eius cui
instigatur, constituitur: est in ratione penæ, & puni-
tionis intentæ à Deo efficaciter, & prædestinate reali-
ter formaliter, tanquam extrinseca forma essentialiter
constituitur, non secus ac, licet dexteritas hominis co-
lumnæ secundum se sumpta extrinsecum quid sit, aut co-
lumnæ dextra qua dextra seu columnæ, dextra consti-
tuto, essentialis physica forma ipsum constituens om-
nium sententia est: atqui nequit prædestinari, amarique
efficaciter constitutum, quod nondum tale est defectu
formæ nondum absolute positæ, quin forma ipsum con-
stituens prædestinetur, & efficaciter ametur: ergo nequit
amari efficaciter, ac prædestinari malum siue positum,
siue priuatum reprobi in penam, & punitionem peccati
antè natura ad absolutam existentiam peccati siue ne-
queunt prædestinari puniendi adhuc grammaticaliter
passiuè, quin ametur efficaciter, ac prædestinetur ipsorum
peccatum: confirmatur ex doctrina subtiliorum, qui
aiunt gloriam, ut præmium, & coronam non posse eligi
præfiniturque efficaciter à Deo antecedenter ad merita præ-
destinati absolute existentia, quin merita ipsius, quibus
in ratione præmij, & coronæ essentialiter constituuntur,
simul præfinitur, ac efficaciter eligantur: tametsi
gloria secundum se solum sumpta non præfinitis, electis-
que simul meritis possit eligi, & præfinitis.

3. Dices rursus punitionem, & penam realiter for-
maliter tamen non constitui per absolutum peccatum,
& delictum, sed per uoluntatem ea malis, inflictijs punien-
di, & uindictiue compensandi, quæ, si in ea instigente
Deo absit, inflictijs malum penæ, punitionis delicti non
erit, etsi positum, & absolute peccatori instigatur: quare
prædestinatione penæ, punitionis reprobi, antè natura ad
eius peccata absolute præfinita, non quidem, ut sit pec-
catum prædestinatur, amaturque à Deo, sed uoluntas
ipsius postè natura habenda, & executiua puni-
tionis, qua penæ inflictijs, malumque reprobo inflictijs
in ratione penæ, & punitionis constituuntur, & quæ
non nisi post absolute præuissum peccatum, & honestis-
sima erit: in primis hac solutione uti nequeunt subtilio-
res ex aduersariis Recentiores, qui electione, seu præ-
finitione gloriæ, ut coronæ & præmij à Deo retribuendi,
merita, quæ gloria præmianda, coronandæque sunt, aman-
da necessario à Deo simul esse, ac præfinita bene do-
cuerunt, ut proximè referebamus. Secundo: doctrina
huius euasione solum probat ad formalem punitionem
& penam præter ea, quæ ex parte obiecti realiter for-
maliter atque essentialiter ipsam in esse talis constitu-
entia requiruntur, nempe absoluta existentia, & præscien-
tia peccati reprobi requirit etiam affectum puniendi pec-
cata præfinita ex parte punientis, sicuti præmiandi ex par-
te præmiantis: aut ni peccata absolute sint in puniendo,
etsi affectus puniendi per errorem esset inflictijs malum,
reuera nec punitio, nec pena foret: sicuti nec præmium
num quidpiam ex affectu ipsum præmiandi, putato alicui
benemerito, re tamen immerito donatum. Dixi autem
in principio illo, quoad argumentum hoc tertium sui
uius, prædestinationem coniuncti partium essentialium
eius, ac subinde formæ ipsum essentialiter constituentis
prædestinationem, & amorem efficacem, atque in casu
nostro peccati arguere, ni pars eius, seu forma ante affe-
ctum & prædestinationem, coniuncti illius, siue, ut con-
iunctum tale sit, absolute posita supponatur: si enim præ-
supponatur absolute prædestinatione, & amore efficaci

partis,

4. Hæc porro ex parte decentior diuina petita pro confectione nostra argumenta procedunt ex parte vero reprobi constat ex dictis d.2. quest. 3. certam.8.a num.4. intentium eam puniendi tam potiusque quam priuatiue efficacem voluntatem absolutis reprobi demeritis anteriorum omnem contingentiam & libertatem vtramvis penam euadendi, & obtinendi gloriam, vel vitandi cruciatum absolute abolere, atque vtramque subeundi antecedentem necessitatem reprobo inducere, tamen essentialiter voluntas illa efficax per scientiam medium demeritorum regulatur, ac dirigitur, vt de simili electione efficax prædestinati ad gloriam, vt coronam, etiam per scientiam medium directâ, & regulatâ præclusis aduersarijz effugijs ibidem monstrauimus. id quod appetitus eius si glorie exultat, & æternis cruciatibus additio non quidem, vt pænâ, & punitio formaliter, ac dependenter à meritis malis, sed independenter, ab efficax præscindendo efficaciter à Deo aliquid intendatur: tunc enim, & scientia media demeritorum reprobi, ad eam intentionem dirigendam impertinens est, nequeque natura præcedere: & quamvis posterior natura ex scientia media demeritorum efficacia auxilia reprobo degenetur sufficientibus concessis, ac proinde demeritorum eius libertas consistat; secus amissionis gloriæ & perpersionis cruciatuum, quæ, ex intentione efficace anteriore siue addita, vix absint demerita, ab efficax independenter necessitatio erunt, vt in simili de electione prædestinati ad gloriam à meritis præscindente dicebamus: quocirca euasiones ex scientiæ mediæ directione quæritæ tentari ab eis solummodo possunt, qui intentium illam antecedentem, & efficacem voluntatem excludendi reprobum à gloria, illumque dammandi, punitum, atque eorum in penam infictionem intentum efficaciter anterior ad demerita defendunt, cum quibus præsertim nunc certamus: sed hi, præter quam quod potestatem absolutam non amittendi gloriam, vitandique æternos cruciatos nequeunt defendere, vt vidimus nuper, vltierus impugnantur: quia oportet Deum demerita reprobi, eadem intentione efficaciter amare, & intendere, & si malum, vt peccatum, & supplicium reprobo efficaciter intendit, vt doceamus, & in simili de electione ad gloriam, vt coronam aduersarij fatentur: id quod contra fidei dogma est. Secundo, si determinata demerita reprobi, quibus tanto determinate supplicio, quo puniendi sunt, digni consiluantur simul cum pænâ, & supplicio Deum efficaciter intendit, præter etiam operis puniendi libertas, ac subinde demeritum peribit, vadit & pænâ ratio abolēbitur, cum ex vi, & efficacia intrinseca antecedentis illius intentionis determinati demerit, seu operis præui antecedens illud non appendi potestas non refert, sed potius necessitas illud appendi reprobo facit: intendi autem demeritum determinatum, illudque ipsum, ob quod tanta

sequitur cognat.

5. Dicendum est secundo: & si efficax illa antecedens intentio exclusionis à regno, & additionis reprobis æternis cruciatibus punitiva, & ex indicatis iustitia non sit, sed ex iure ipsius Dei domini quia reprobatorum à gratia efficax, ut viis demeritis gloria reprobis in penam priuatur, flammique æternis adducatur effice non potest. Probat: quia nec demerita causa illorum maiorum effice possunt: cum absoluta existentia, sine demeritis possitis, sine ablati non possit non effice: quare & prius natura ad demerita ex mala non inducere liberum. Deo puniunt non fit, sed illa inducere necessitatem: omnis autem quod in præmium, vel supplicium, condignamve operis retributionem ab aliquo donandum debet esse æternis natura ad bonum, malumve meritum alterius præmia illi donandi, vel infingendi, vel secus absoluteque donatur potestas: alioquin non bonis, malis meritis, sed iure necessitati illi donandi, vel infingendi donatur, infingiturque, quod donatur ab ipso, vel infingitur. Secundo ex voluntate possit, & reprobatione à gratia efficax subleuat, ut per demerita gloria priuatur, ac æternis cruciatibus reprobos punitur, si per demerita demerita hæc, quibus illi futurum effici fieri decernatur prauorum operum libertas, ac meritum peribit quantumvis reprobatio ab efficacia gratiæ reprobam mediam diuisit: si autem per demerita non determinata, sed hæc, vel illa indeterminata, ac determinata licet in alterutro determinato demerito appendendo liber reprobis maneat: alit ad finalem impænitentiam liber non erit, cum Deus ad concurrendum ad præuentionem finalem liber non sit, vt proxime dicebamus. Tertio non illa facile finis vtique, & exercendi iustitiæ vindictæ ex quo reprobatio à gratia efficax promouet, & excedendi supremum suum ius, & dominium in pœdenda libertate, & dominium rationali creatura, scilicet reprobis illi subordinari possintque neque affectus eo eos finis à Deo eliciti: cum eorum neuter alteri subordinetur, vellet ad alterius consecutionem fin, qui ex parte finis illius uersit. Pone enim ex iure illi supremi domini & illa efficax exercendi haberi primum ante anteriorem illam finem exercendi, & voluntatem excludendi à gloria, & cem intentionem, & voluntatem excludendi à gloria, addicendi inferno reprobis: postius vero ex iure iustitiæ vindictæ exercendi efficacia auxilium ad gratiæ iure vindictæ exercendi efficacia auxilium ad gratiam non peccandum negationem, finem negationem decesserit: & dicitur bene an finis illi exercendi supremum ius, & dominium in rationalem creaturam in voluntatem hanc degenandi auxilia efficax ex fine exercendi iustitiæ vindictam possit influere, ac mouere: Porro hoc summum iuueniens: finem scilicet illius finis hoc summum iuueniens in voluntatem degenandi efficacia auxilia influente, ac mouere, non quidem quia natura voluntat excludendi reprobam à gloria præcellit voluntatem recludendi reprobam à gloria præcellit voluntatem recludendi reprobam à gloria, quatenus ex iustitiæ vindictæ

causa procedit: sed quia ex duplici fine haberi hæc voluntas à Deo potest: quare ex his fundamentis 2. hæc conclusio satis firma consistit.

6. Denique circa Scotiam, & negativam reprobationem à gloria meritis malis reprobis: eiusque gratia efficace reprobatione anteriorem possibilem non esse, eum absolute executiva & libera exclusione à gloria cum absolute tum ob reprobi demerita probata ex dictis, quoad utramque partem conclusio est, etenim negativa illa anterior demeritis absolutis reprobi à gloria reprobatio est delibetata omisso in Deo ex æternitate absolute existens, nec solum præficio ab electione reprobi ad gloriam pro eo si quo prior, & primo ex Scotici signis considerata, ut supra ex eius germana mente, ac genuina sententia ostendebamus: inde vero evidens est Deum pro nullo posteriori signo naturæ velle reprobo gloriam sine contradictione posse ex ea vero impotentia volendi gloriam reprobo efficaciter in primo illo signo facta Deo, sine cuius efficace voluntate nihil esse de facto potest, manet gloria absolute impossibilis, eiusque privatio absolute necessaria: quare & huius privationis contingentia, & libertas reprobationi negativæ à gloria repugnat: inde vero constat, & cum eiusmodi reprobatione negativæ à gloria exclusionem executivam reprobi ab illa ob demerita ipsius esse non posse cum antea longe necessaria ea reprobi à gloria privatio necessaria sit: quare nec apta materia demeritorum retributioni: tum etiam, quia ex ea negativa reprobatione à gloria contra libertatem demeritorum ea omnia inferuntur, quæ n. proximo inferabamus.

QVÆSTIO VI.

An inefficax intentio perditionis reprobi causa Deo sit reprobationis ipsius à gratia efficace: quæve Dei intentio, ac finis eam reprobationem præcedat?

De præcedentia intentionis efficace de reprobi perditione ad eius à gratia efficace reprobationem quæstio à Deo intentus Theologos DD. fecit, ut vix aliquis de eiusdem finis inefficace intentione, an præfata reprobationi præcedat, possit absolute præcedere? moverit quæstionem, sententiamque iulerit suam: cum tamen eius quæstionis examen valde vile, & dignum Theologis sit.

CERTAMEN I.

Negativa quæstionis tam de facto, quam de possibili deciso.

1. A prime Theologus Vasquez noster vtilem hæc, & vito Theologo dignissimam quæstionem penitus non omisit, d. 95. c. 9. §. 1. ubi ad primum argumentum, quod ibi diluendum suscepit responder, Deum neminem reprobum à gratia efficace excludere ex intentione ipsam damnanda: quare, ne ex inefficace quidem intentione: loquitur autem in quæstione de facto, nec aliis rationibus suam hanc conclusionem probat, quam à se datis c. 4. & 5. contra præcedentiam efficacis intentionis de reprobi exitio, & perditione æterna ad ipsius à gratia efficace reprobationem, sed ad illas ipsas se refert: vidit enim profundus doctor in quæstione de facto, æquo illas robore contra inefficacem, ac contra efficacem intentionem militare, ut mox clarebit: quid autem præstent in quæstione de possibili, constat ex conclusionis nostræ

Christoph. de Ortega de Deo uno. Tomus II.

secundæ probationibus: contra vero noster Ruiz de Montoya, d. citata non semel intentionem inefficacem de reprobi perditione eius à gratia efficace reprobationi, non de possibili solum, sed de facto etiam, natura præcedere, assertivè, ut quid extra controuersiam, supponit. Nostri demum Granados, & Arriaga, dum efficacem intentionem præcedere absolute posse q. 4. cert. 1. docet, taciti inefficacis præcedentiam possibilem absolute esse fatentur. Horum sententiæ facile accedunt Richard. Durand. Bañez, Aluarez Zumel, González Albelda, curius discalearius Carmelitus, Ioan. à S. Th. & Corduba à nobis citati q. 3. cert. 2. n. 1. dum efficacem intentionem excludendi reprobos à regno, ipsorum à gratia efficace reprobationi natura præire de facto durissime, nec satis (me iudice) rute defendunt.

2. Dico primo: intentio inefficax exclusioni reprobi à gloria, & damnationis ipsius à gratia efficace reprobationem natura non antecedit de facto. Probatur omnibus fere argumentis, quibus ex scriptura, Patribus & ratione efficacis intentionis præcedentiam de facto rejecimus q. 3. à cert. 3. Primo ex ardenti Dei voluntate, & desiderio de omnium, etiam reproborum salute: quod vetus, nouumque Testamentum à Deo, & toties nobis commendat: si enim reproborum mortem de se fecit, ac puto arbitrari suo Deus serio, ac vere, etsi inefficaciter, vult desiderat, atque amat, salutem illorum velle dici absolute non potest: etsi enim circa id obiectum volitio, nolitioque veræ inefficaces tamen, esse simul in quavis voluntate, quare & in diuina, absolute possunt, vtraque vero stante, nequit illas simul habens ab altera tantum absolute denominari. Non secus, ac eodem actu obiectum idem vel eius negationem disunctim volens, alterum determinate, siue obiectum, siue eius negationem, velle dici absolute non posset: siquidem respectu æque vtrumque, vere disunctim volentis inefficaciter, quod vno vel pluribus actibus æque vtrumque disunctim velit, refert nihil. Dices referre maxime, siquidem actu eodem nequit alterum extremum ardentius alio, etsi inefficaciter amari, quare nec volens vtrumvis, vnum determinate præ alio velle absolute dici poterit: focus autem si duplici actu atque altero intensiore vnum disuncti illius amet, quæ aliud ut in te præfati reproborum salutem: tunc enim ab ardentiore alterius extremi desiderio, & voluntate, illud determinate volens dici absolute debet, non autem extremum disuncti alterum, scilicet ardentius amati obiecti negationem.

3. Contra primo: quia, etsi intensior voluntas, & ardentior erga alterum disuncti extremum ad absolutam denominationem præualeat alteri voluntati repidiore, ac remissiori circa extremum alterum, non tamen ita præualere potest: ut cum de voluntate erga extremum hoc expresse agitur, citra mendacium, cum adest expresse, & absolute negetur, atque cum de voluntate perditionis impij, ac reprobi scriptura agit, illam expresse absolute, & vniuersim negat elamans, Deum neminem perire velle, nulliusque quantumvis impij, ac reprobi mortem, & voluntas Dei esse. Ergo ea inefficax de reproborum morte voluntas veræ, quantumvis remissa Deo non adest nisi ipsam & scripturam mendacij redargui posse concedas. Contra secundo: quia semel admissa ea inefficace voluntate de reprobi perditione, intensior intentione salutis eorum esse conuincitur: ergo iuxta hanc solutionem falso etiam, & illusorie velle horum salutem dicetur Deus: consequentia est clara. Antecedens probatur facile: quia non aliunde suaderi prædenter nobis probatur à nobis potest, maior vnius intentionis, & desiderij ardor, & intentio, quæ alterius intentionis de obiecto opposito, quam ex maiore vtrumque volentis præparatione, accuratio, & que providentia, & dispositione mediorum, quib. vnum potius præ alio, certiusque de facto eueniat, atque providentia præparatio, & dispositio exactior, accuratioque, longe est mediocri quib. mors reprobi potius, quæ salutis, certiusque & securius, de facto eueniat: siquidem media cum eius æterna morte infallibiliter coniungenda ipsi præparantur, disponuntur, & providentur à Deo, ex voluntate & intentione salutis ipsius solum providentur à Deo media sufficientia, quibus illam consequi tantum possit & vix quandoque possit, ergo ea intentio inefficax tua de reprobi perditione, & morte intensior, ardentiorque in Deo est intentione de ipsius salute.

4. Confirmatur: quia ex hac voluntate admissa præparatur, & provideturque reprobi à Deo negatio eius, quod potissimum gratia suæ est, nempe efficacie mediorum, & auxiliorum

NNa xiliorum